

# MERCEDARIOS

[Proprium Officii]

In festo B. Serapionis Martyris,

Ordinis B. Mariae Virginis de Mercede

Redempt. Captiv. : die XIV novembris. —

[S.l.] : [S.n.], [s.a.]

[4] p. ; 4<sup>o</sup>

En final de texto figura la fecha de  
1749. — Texto a dos col.

1. Breviarios 2. Brebiarioak I. Iglesia  
Católica II. [Proprium Officii] III.

Título

HS-1,2

DIE XIV. NOVEMBRIS.

IN FESTO  
B. SERAPIONIS  
MARTYRIS,  
ORDINIS B. MARIÆ  
VIRGINIS DE MERCEDE  
REDEMPT. CAPTIV.

*Oratio.*

**C**ORDA nostra tui  
amoris igne, Jesu  
Redemptor inflamma;  
ut sicut Beatus Serapion  
pro Fidelibus redimē-  
dis actus in Crucem, te  
sequutus occubuit: ita  
piā ejus intercēssiōne  
nullis fragāmur adver-  
sis, & tuæ Crucis sem-  
per inhæreāmus ample-  
xibus. Qui vivis &c.

*Omnia, ut in Commun.  
vnius Mart. non Pontif.*

*Lectiones j. Noct. de  
Script. ocur.*

IN II. NOCTURNO.

*Lectio iv.*

**S**erapio natione An-  
glus illustri genere  
natus, adolescens in Au-  
la Ducis Austriæ, ut pér-  
hibent, educatus est, rei-  
que militari operam de-  
dit. In Hispaniam cum  
ipso Duce, suppetias Al-  
phonso Castellæ Regi  
adversus Infideles Mau-  
ros ferente profectus, ibi

diutius stipendia facere  
constituit, occasione  
cupiens cum Christiani  
nominis hostibus con-  
grediendi. Voti compos  
à Duce factus, & in His-  
pania relictus, sub Al-  
phonso Rege aliquot an-  
nis in Christiana Fide di-  
latandâ strenuè milita-  
vit. Cum autem in Re-  
ligiosos Ordinis B. Ma-  
riæ de Mercede tunc re-  
cens instituti, à Bæticae  
partibus cum Captivis  
reducens fortè incidisset,  
ejusmodi Captivos redi-  
mendi Instituto mag-  
noperè delectatus, Sa-  
cratiôris hujus militiae  
desiderio cepit incendi.

*Lectio v.*

**I**Taque à Sancto Pe-  
tro Nolasco, qui  
Barchinonæ præsens ade-  
rat, Ordini adscriptus,  
virtutum omnium exer-  
citiis se totum addixit.

Oratiônem, humilita-  
tem, carnis mortifica-  
tiônem, & castitatem  
impensè coluit. Divini  
honoris, & salutis ani-  
marum zelo succensus  
plures à vitiôrum cœno  
ad virtutem, perditas-  
que mulieres ad pœni-  
tentiam revocavit. Or-  
dinem suum, longis  
etiam itinèribus suscep-  
tis, & laboribus, flagel-  
lis, probris eximia pa-  
tientiam toleratis, mirificè  
propagavit. Injuriarum  
immemor, persecutori-  
bus suis beneficia repen-  
dere consuevit. Hospita-  
lis in pauperes, erga  
Captivos & fusè misè-  
ricors, Crucis, & Mar-  
tyrii adeò cupidus, ut  
in familiari sermone cum  
S. Raymundo Nonna-  
to, quem sibi conjunc-  
tissimum, & in vitâ spi-  
rituali alumnium habuit,  
illud

illud Apostoli , occasiô-  
ne datâ , sæpè usurpa-  
ret : Cúpio dissôlvi , &  
esse cum Christo , mihi  
enim vivere Christus est,  
& mori lucrum.

*Lectio vi.*

**H**inc ad bárbaras In-  
fidelium regiônes  
ad Captivos redimen-  
dos, semèl atque iterùm  
libentissimè se contulit;  
donec Algarix in Africâ  
Captivis plusquam octo-  
ginta redemptis , & in  
Hispaniam cum Beren-  
gario socio remissis , ip-  
se , deficiente Redemp-  
tionis pretio , pro reli-  
quis óbsidem sese óbtu-  
lit , & in servitutem ad-  
dixit. Cumque liberè ni-  
hilóminùs veram fidem  
annunciáret , & plures  
Christo lucrifaceret , ab

indignáto Maurorù Præ-  
fide vinculis primùm  
adstringi , in carcerem  
trudi , & crudelissimè  
cædi jubétur. Mox capi-  
te pammátus , & Cruci  
affixus , singulis artuum  
compágibus articulátim  
concisus , in ea oratione:  
Ne tradas bèstiis animas  
confitèntes tibi : Salva  
Domine animas , quas  
pretiôso sanguine rede-  
misti, dissecto júgulo vic-  
tor , Anno Domini mil-  
lesimo ducentesimo qua-  
dragesimo ad Martirii  
corónam evolávit. Tu  
autem Domine , &c.

*In iii. Noct. Nihil est  
opertum , ut in Festo S.  
Calixti , die xiv. Octobris.*

*Missæ de Comm. unius  
Mart. non Pontif. secun-  
do loco. HIS;*

## HISPANIARUM.

**A**D humillimas preces Patris Magistri Fratris Valentini Moran, Procuratoris Generalis Ordinis B. MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum SS. Dominus Noster Benedictus XIV. audito prius R. P. D. Ludovico de Valentibus Fidei Promotore, suprascriptas Lectiones secundi Nocturni proprias B. Serapionis Martyris ejusdem Ordinis per Eminentissimum, & Reverendissimum D. Card. Aldrovandum dictæ Causæ Ponentem recognitas, atque diligenter examinatas, benignè approbavit, ac singulis annis cum Oratione propria sub die 26. Augusti 1730. concessa, & Missa de Com-Mart. non Pont. secundo loco sub Ritu duplici ab omnibus Sæcularibus, & Regularibus utriusque sexus in posterum recitari debere concessit. Die 3. Augusti 1748.

Factaque deindè per me Secretarium de prædictis SS. D. N. relatione, Sanctitas sua benignè annuit. Die 9. ejusdem mensis, & anni 1749.

A. F. Card. Zondadari.

Pro-Præf.

Loco ✠ Sigilli.

T. Patriarcha Hierosolymitanus,  
Secret.